



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Obserua[n]da ab Inquisitoribus in examinatione h[a]ereticorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

irarium, si solemnitas iuramenti omittatur: & hoc credo verius favore fidei, ne ex defectu iuramenti acta corrumpere dicamus.

An uterque eorum qui adhibentur ad acta inquisitionis scribere debeant.

f Qui depositiones testium seu delatorum simul quilibet in suo folio similiter conscribat. Quod vero ambo simul excipere debeant depositiones testium & delatorum, velle etiam videtur Concilium Biterrense paulo ante relatam, & ita quoque præcipit observare Goffredus, sicut dicitur de pluribus arbitris constitutis, quod aut omnes pronuntiant, aut nullus. l. item si unus, §. item si plures, ff. de recep. arbit. & c. 2. de arbitris li. 6. ideo vero simul scribere debent, ut maior sit consensus, & falsi suspicio excludatur, cum utriusque scriptura eadē contineant, & per omnia conveniant: atque hoc est tutius & securius, & observandum præsertim in causis maioris ponderis, veluti in processibus relapsorum, & impænitentium.

Subscriptio quid operetur.

g Caterum si vnus tantum scriberet, & alius posita (dummodo præsens examini adesset) se subscriberet, sane sufficeret, cum subscriptione testificetur perinde coram eo fuisse actum sicut scriptum est: ita Panormitanus post veteres interpretes in d. c. quoniam contra, de probatio. quos sequitur ibidem Decius nu. 200. quod etiam ipsum in pluribus notariis deputatis ad vnum actum ex forma legis vel statuti observandum monent Innocentius, Abbas, & Decius in d. c. quoniam contra, & Bald. in L. iuris iurandi, in si. vers. quæro vni testi. C. de testib. & horum ratio est, quoniam idē operatur subscriptio alieuius, quod operatur scriptura eius manu in totum scripta. Innocentius & Abbas in d. c. quoniam contra. Bar. in l. emptor. §. Lucius, ff. de pactis, & Alexander cons. 147. nu. 4. lib. 2. & tenet Decius in d. c. quoniam contra, nu. 202.

An generalis subscriptio sufficiat.

h Quæ sententia vera est, quamvis non sit adhibita specialis subscriptio, sed solum generalis. Bald. in authen. si quis in aliquo documento, C. de edēdo. Ancharanus cons. 242. incipien. Prius de viribus probationis. Alex. in l. si ita stipulatus. §. Chryso-gonus, ff. de verbor. obl. & ibidem Angelus, Ioannes Imola, & Paulus Castrensis: idem Alex. in l. que dotis, ff. soluto matri. & in cons. 147. incipiente: Ponderatis. lib. 2. & hanc opinionem asseruit mihi quandoque Bononia summo iure dicens veriore esse Ludouicus Segnius præceptor, legum interpres publicus, & in reddendis responsis verax, nec vulgaris eruditionis.

i Et hanc sententiam, quod scilicet, tantum valeat subscriptio generalis quantum specialis, dicit communem Decius in d. c. quoniam contra, num. 203. verum tamen securius est specialem facere subscriptionem, præsertim in causis arduis, hæc vero nullo modo sunt negligenda, cum eorum usus frequens accidere possit.

k Et puto sufficere, & non deuiare a mente statuti prædicti. Hic locus varie legebatur in tribus exemplaribus Barcinonensi, Bononiensi & Sabellano; nam codex Cardinalis de Gambara cū Bononiensi conuenit, ex quibus duobus reseruita est (nisi fallor) vera lectio, & consulto recessimus a Barcinonensi impresso.

A Observanda ab Inquisitoribus in examinatione hæreticorum.

QVIA vero in examinatione fienda non solum est necessarium, ut suspicio de fraude committenda totaliter repellatur, quod fit propter præsentiam personarum plurium prædictarum: verum etiam est necessarium, ut veritas ab hæreticis, & delatis clare, nude, & omnimode habeatur, quod fit cum modis circumspiciatis, & cautelosis in examinatione hæreticorum, & delatorum ab Inquisitoribus observatur: Eapropter circa modum hæreticos, & delatos examinandi, sunt tria vtiliter aduertenda. Primum est: Inquisitor quomodo, & qualiter, & de quibus hæreticos interrogabit. Secundum est: quæ & qualia in responsionibus hæreticorum delatorum Inquisitor attendet, & considerabit. Tertium est: quomodo & qualiter responsionibus vulpulis, & cautelosis hæreticorum obuiabit.

PRIMUM dico aduertendum, quomodo, & qualiter, ac de quibus Inquisitor hæreticos seu de hæresi delatos examinabit, inquiret & interrogabit. Vbi considerandum est, quod sicut non omnium morborum est eadē medicina, sed potius diuersorum & singulorum diuersæ sunt & singulæ medicina: si nec ad omnes hæreticos seu de hæresi delatos, idem modus in interrogandi, inquirendi, & examinandi, quo ad articulos, est seruandus: sed secundum varietatem ac diuersitatem sectarum, hæresium, ac personarum, & errorum, varius, & diuersus modus interrogandi, inquirendi & examinandi prudentius est tenendus. Ideo ipse Inquisitor ut prudens medicus animarum, debet diligenter considerare circa personas, quas, vel de quibus inquirat, ipsarum qualitatem, conditionem locum, statum, morbumque, quo laborant: non omnes de eisdem, & de eodem ordine interrogando, nec eisdem articulos inculcando; sed sic freno discretionis astutias hæreticorum circumducatur, easque aperiat detegendo, ut fauente gratia IESU CHRISTI de sententia abyssique hæresium, & errorum obscuritate eius manu educatur coluber tortuosus: non enim potest super istis vnus & infallibilis depingi inquirendi regula, siue modus: ne si fieret, cum illum modum sic assuetum, ac regulam generalem, tenebrarum filij prauidissent, ipsum tanquam sui laqueum facilius euitarent, seu etiam præcauerēt. Curet ergo prudens & industrius Inquisitor occasione & modo accipere inquirendi hæreticos & delatos, siue ex accusantium vel denuntiantium dictis, siue ex testium responsis, siue ex his, quæ experientia docuit; seu ex his, quæ proprii ingenij acumen aperit, semper considerando attentius & diligenter ex denuntiationibus, & accusationibus, deferentiis, ac attestacionibus, testium, ipsi delati hæretici cuius sectæ videantur esse, nouæ, vel antiquæ: Vpote, si videntur esse de secta Pseudoapostolorum, vel Manicheorum, vel Valdensium; vel Begardorum, & sic de alijs: seu si conuersi de perditione Iudeorum, vel Sarracenorum, vel demonum

introcatorum, & legere diligenter in precedenti-  
bus, & hactenus prædictorum, errores & here-  
ses illius sectæ, de qua examinandus delatus vi-  
debitur, & super illis formare articulos, de quib.  
est diligentius examinandus.

87 SECVNDVM in examine aduertendū est :  
que & qualia in responsionibus hereticorum de  
latorum Inquisitor attendet sollicitè, & conside-  
rabit. Vbi considerandū est, quod heretici sunt  
in duplici genere.

Quidam enim manifeste tales sunt, & ma-  
nifestè in erroribus suis siue coram prælatis siue  
Inquisitoribus persistunt, eos palam & publicè  
defendendo: sicut fuerunt Arriani, Sabelliani,  
Manichei, & quamplures alij, qui de heresibus  
suis publicè disputabant, & rationibus, & aucto-  
ritatibus ad falsum eorum intellectum tractis, &  
extortis expositionibus notoriè defendebant. Et  
tales per viros literatos facilliter de crimine he-  
resis conuincuntur, quia eo quod errores suos co-  
ram prælatis, & inquisitoribus, pertinaciter defen-  
dunt, heretici conuincuntur, iuxta e. Super qui-  
busdam. de verbo. signifi. & tales examinare nõ  
est difficile, sed a suo errore reuocandi sunt: quod  
faciendum est per viros literatos eorum ratio-  
nes soluendo, & auctoritates, quas pro se falso  
allegant declarando, & alias contra eos indu-  
cendo.

Quidam autem alij heretici sunt, qui errores  
suos pandere nolunt, sed potius abscondunt, &  
palliant cauteiosis responsionibus, & cauillosis,  
prout possunt, vt sunt Valdenses, & nonnulli Be-  
gardis, & quidam alij. Et tales est valde diffi-  
cile examinare, & eorum errores detegere: pro-  
pter quod in examinatione talium oportet mul-  
tum prudenter ac sagaciter agere, & ad eorum  
cauteiosas responsiones, & cauillosas attendere,  
& istorū veritatis vulpinas, & extortas leuoni-  
nes considerare: quia totum eorum studij est,  
vt euadant, & non deprehendantur, nec conuin-  
cantur.

COMMENT. XXI.

Tota hæc disputatio, quam nunc orditur Eyme-  
ricus, prudens est potius quã artis, est utilis  
& necessaria, & valde negotio de quo agitur, ac-  
comodata, mirabilis vero in primis auctoris indu-  
stria, quod tam diligenter cuncta præscribat, que ad  
praxim pertinent. Vniuersa vero hæc præcepta duo  
potissimum requirunt, vt commodè ab Inquisitore  
exerceantur. Primum est prudentia, que in iudice  
violatæ religionis debet esse maxima, vt alibi admo-  
nuitur. Alterum est peritia, & notitia nõ medio-  
cris dogmatum, sectarum, errorum, vitæ, & morū  
ipsorum hereticorum, tam veterum quam recetio-  
rum: sine his enim fermè impossibile est Inquisitorè  
reli suo munere fungi posse; nõ cum Inquisitor sit  
fidei custos, & defensor, vt Inquisitionis de he-  
ret. lib. 6. docet optimè Albertinus in repetitio-  
ne, rub. de heret. lib. 6. q. 5. nu. 3. non potest commo-  
dè eam defendere, nisi contraria noscat, quibus ipsa

A fides, fideique dogmata violenter, ut tradit etiã Eyme-  
ricus paulo post cum agit de signis, quib. varia-  
rum sectarum heretici cognoscuntur.

a Sic nec ad omnes hereticos, &c. idem modus  
interrogandi, &c. est seruandus. sed secundum  
varietatem sectarū. varius modus est tenendus. ]  
Ex tota hac disputationis serie, hæc regula colligi-  
tur: Inquisitores multis prudentibusq; interrogatio-  
nibus uti debent, iuxta varietatem sectarum, dog-  
matum, ac etiam qualitatem personarum, quas in-  
terrogant, ita ut omnibus modis veritatem detege-  
re, & inuenire studeant: huc referri possunt quam-  
uis in alio foro dicta, que scribit beatus Augusti-  
nus in libro de vera, & falsa penitentia, cap. 20. &  
refertur in capit. primo, §. iudiciaria, de peniten. di-  
stin. 6. in hæc verba: Diligens igitur Inquisitor,  
& subtilis inuestigator sapienter & quasi astute  
interroget a peccatore, quod forsitan ignorat,  
vel verecundia velit occultare. cognito itaque  
crimine, varietates eius non dubitet inuestigare,  
& locum, & tempus, &c. hætenus Augustinus.  
Eodem spectat illud non minus eleganters, qua pru-  
denter dictum.

Sed quoniã variant animi, variabimus artes,  
Mille mali species, mille salutis erunt.

b Vtpote si videntur esse de secta Pseudoapo-  
stolorum, &c. ] Tametsi præcepta sequetia, que ab  
Eymérico præscribuntur ad detegendos hereticorū  
errores, maiori ex parte in desuetudinem abierint;  
erant enim accommodata ad examinandos hereti-  
cos superiorum seculorum: nihilominus tamen ad  
alios hereticos examinandos, & conuincendos facillè  
a prudentibus Inquisitoribus, possunt reuocari, ut no-  
stro seculo ad Lutheranos, Calvinistas, & ceteros  
cuiuslibet sectæ, quorum errores, ritus, & loquendi  
modos, ac phrasim genuinam debent diligenter fidei  
iudices intelligere: & sicut circa Eymericis & para-  
errores de Christi, & Apostolorum paupertate, ac  
uisione Beatorum, & alij plures frequenter circu-  
ferebantur, ita nunc sepulchris & extinctis illis, Ro-  
mani Pontificis diuina potestas, Sanctorum meri-  
ta, indulgentiarum thesauri, sacramentorum uirtus  
bonorum operum merita, sacrarum religionum insti-  
tuta, & alia eius generis sexcetera passim negantur,  
quibus detegendis, & inuestigandis, hæc eadè pau-  
cis commutatis, præcepta deseruiunt.

c Quidam namque manifeste tales sunt, &c. ]  
In codice illo membranæ Bibliothecæ Vaticanæ, in  
quo extat fragmentum summe fratris Iuoneti, legi-  
tur etiã hoc documentum de conuincendis facillius  
tam hereticis literatis, & manifestis, quam occul-  
tis, & palliatis: additque ibidem Iuonetus in titu-  
lo: De modo examinandi hereticos, unde totus hic  
locus mihi uidetur desumptus, uidisse se uilem quã-  
dam feminam fornicariam insignibus uiris litera-  
tis multis diebus illuisse per palliatis, fictas, &  
cauillosas responsiones, que cum iam foret liberan-  
da, inuenta fuit recondidisse in arcula ossa cuiusdã  
heretici nuper combusti, qua illa uelut Martyrum  
reliquias uenerabatur, ergo diligenter sint hæc ani-  
maduertenda, ne nocentes iniuste liberati diutius  
in erroribus perseuerent, & facultatem habeant  
alios corrupendi.

Num. 86.

Diligentia In-  
quisitorū in  
interrogandis  
reos.

Quo Eymeri-  
ci, præcepta  
ad usum in-  
terroganda.

Num. 87

Ex hereticis  
qui facillius  
& qui difficil-  
ius conuin-  
cantur.

De